

& sectio communis secundū perigæi & apogæi motum permu-
 tetur. In qua dum fuerit terra, nempe in *A* uel *C*, atq; in eadem li-
 nea planeta: manifestū est, quòd nullā tunc faceret latitudinem,
 quando omnis latitudo à lateribus est. In hemicyclijs *G K F* & *F*
L G, quibus planeta in Boreā uel Austros facit accessus, ut dictū
 est, pro modo inflexionis ipsius *F K G* circuli ad zodiaci planum
 Vocant autem hunc planetæ digressum obliquationē, alij re-
 flexionem. Cum uero terra fuerit in *B* uel *D*, hoc est ad medias
 absidas planetæ, erunt eadē latitudines supra & infra *F K G*, & *G*
L F, quas uocant declinationes, itaq; nomine potius q̄ re diffe-
 runt à prioribus, quibus etiā nominibus in locis medijs cōmi-
 scentur. Sed quoniam angulus inclinationis horum circulo-
 rum in obliquatione, reperitur esse maior quàm in declinatio-
 ne, intellexerunt per quandam librationem id fieri, inflecten-
 tem se in *F G* sectiōe, tanquā axe, uti dictum est in superioribus.
 Cum igitur utrobicq; talem sectionis angulū notū habuerimus,
 facile ex eorū differentia intelligeremus, quanta fuerit ipsa li-
 bratio à minima ad maximā, intelligatur iam alius circulus de-
 uiationis, obliquus ipsi *G K F L*, homocentrus quidem in *V*ene-
 re, eccentricus aut eccentrici in Mercurio, ut postea dicetur, quorū
 sectio cōmunis sit *R S*, tanquā axis huius librationis in circuitu
 mobilis, ea ratione, ut dum terra in *A* uel *B* fuerit, planeta sit in
 extremo limite deuiationis, ubicuncq; ferit in *T* signo, & quantū
 ex *A* terra progressum fuerit, tantum planeta subintelligatur à *T*
 remoueri, decrescente interim obliquitate circuli deuiationis,
 ut dum terra emensa fuerit quadrantem *AB*, intelligatur plane-
 ta ad nodum peruenisse huius latitudinis, id est in *R*. Sed coin-
 cidentibus tunc planis in medio librationis momento ac in di-
 uersum nitentibus, reliquū hemicyclium deuiationis, quod pri-
 us erat Austrinum, erumpit in Boream, in quod succedens *Ve-*
nus Austro neglecto Septētriōes repetit, nuncq; appetitura *Au-*
strum per hanc librationē. Sicut Mercurius cōtrarias sectando
 partes Austrinus permanet, qui etiā in eo differt, quòd non in
 homocentro eccentrici, sed eccentrici eccentro libratur. Pro quo cir-
 ca lōgitudinis motū epicyclio usi sumus in inæqualitatis demon-
 stratione. Verum quoniā illic lōgitudo sine latitudine, hic lati-

Aa tudo